

1368.

Ex Libro Privilegiorum
Capituli Cracoviensis

277.

Super Mium Lancum Liberum
in Villa Magna Chetm (onsi-
stend. filiis aiusdam Jonate),
a Duce Opavia, et Ratiboria
jure Perpetuo Donat.

Nos Joannes Dei Gratia Opavia
et Rathubonia Dux. Notum esse vo-
lumus presentibus et futuris Quod
Servitia diuturna nobis et Progeni-
toribus nostris per Clementem et Ctu-
drem videlicet filios olim Jonathe
exhibita, et in posterum adhuc exhi-
benda, ipsis et ipsorum Successoribus
Regittimis damus, Concedimus, et do-
namus, Mium Lancum Liberum in Vil-
la Magna Chetm cum omni Jure
et Dominio, sicut ad nos spectat, seu
spectare consuevit, cum agris cultis et
incultis, pratis Pasuis, et una Piscina
sive lacu cum piscatione plena et
libera, sicut in suis Graviis ab anti-
quo extitit, limitatum, hereditarie, ac
perpetuis temporibus possidendo exi-
mentes eodem ab omni genere exacti-
onis secure sine solutionis Ducalis,
sive quibuslibet gravaminibus, pre-

terquam

terquam quod nobis et nostris suc-
cessoribus legitimis de eodem
lanceo cum Polistario equite
pro necessitate terra Rathibo-
viensis, aut alius Castri lo-
catione servire teneantur, pro
omni indemnitate, que ex tali
servitio eidem possunt evenire
permitterentes ad Satisfactionem
sicut nostris certis nostre ter-
re Rathiboriensis Vasallis. Ita-
rum liberarum testimonio. Da-
tum in Melnicz in die Schola-
stice Virginis. Anno Domini Mil-
lesimo Trecentesimo Sexagesimo
octavo. Presentibus nostris fide-
libus Pesthcone de Wysla, Stan-
cone Kopacz, Veneslao de Ry-
chenaw Militibus, Stoschone
de Dlesna (Wawrzcone), et Nicolao
de Jmiez Prothonotario nostro
testibus ad premissa.